



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

9.

DISPUTATIO PHYSICA
De
MINIMO ET MA-
XIMO,
QVAM
IN ACADEMIA DILINGANA,
CATHOLICA, IN-
CLITA,
PRÆSIDE
THOMA ANREITER SOCIE-
TATIS IESV PHILOSO-
PHIÆ PROFESSORE
ORDINARIO.

AD CALENDAS MARTIAS
PVLICE PROPVGNABIT
VITVS MAIRHOFER,
ARTIVM ET PHILOSOPHIE BAC-
CALAVREVS, AC META.
PHYSICÆ STV.
DIOSVS.

D I L I N G A E
Cum Facultate Maiorum,

Formis Academicis
ANNO M. DC. XXIV.
Apud ADALRICVM R.E.M.

P E R I L L V S T R I E T G E N E -
R O S O D O M I N O ,

D. C O N R A D O , B A .
R O N I I N B E M E L B E R G E T
H O C H E N B V R G ; D O M I N O I N
Bissingen, Bischausen & Erolzheim &c. S. C. M. Sereniss. Leopoldo,
Caterisq; Archiducibus Austriae, à Consilijs intimis, &
Supremo Consiliorum Superioris Austriae Direc-
tori &c. Domino & Mecœnati
suo Colendissimo.


Xiguum aliquid è palladis palestra. Tibi transmitto.
Perillustris Domine Mecœnas, quem iam dudum lumen suum & Oculum Illustrior Eruditio dixit. Et vel hec ipsa Maiora offerre iubat; præterquam quod & Patria Patri, & Mecœnati meo amplissima Beneficiorum moles. Sed hunc mihi terminū mea tenuit as prefixit, & exhibere tātummodo iussit Minimum & Maximū. E quibus, hoc quid debere, illud vero quid possem indicaret.
Vale., Patriq; & litteris diutissime prouiae.
Dilinga. Februarij, Anno M. DC. XXIV.

Perillustri Dominationi Tuæ

Admirabilissimus Cliens

Vitus Mairhofer.

DISPUTATIO PHYSICA
De
MINIMO ET MA-
XIMO.

MINIMVS & Maximum, que dantur in rebus naturalibus, sunt duo Mysteria in Philosophia, nescio num satie aliquando explicanda. Minimi nomine intelligimus Indivisibile, Maximi autem Divisibile: ratio utrinque Nomenclatura in hac praesenti Disputatione constabit, quam duo Capita absoluunt, I. De Minimo. II. De Maximo. Erit fortasse mirandicopia, si non plenius aliquid sciendi.

CAPVT PRIMVM

De
MINIMO.
THESIS PRIMA.

Deinde id *Minimum* appellatur, quo non est minus; sicut recte *doctissimum* dicimus, quo non est doctior, & robustissimum, quo non est robustior &c *Indivisibili* certè nihil est minus; secundum eam quidem rationem, secundum quam est *Indivisibile*. Quid enim minus est *Puncto*, quod nec *longitudinem* habet, nec *latitudinem*, nec *profunditatem*? Quid minus est *Linea* & *Superficie*, secundum *latitudinem* & *pro-*

A 2 fundatorem

2 funditatem, quas nesciunt? Etiam h̄c ipsæ cogitationes debent listere; ita penitus magnitudo negatur.

II. Eiusmodi verò aliquod *Minimum* pro Ente Reali habent grauissimi, doctissimique viri: *S. Thomas, Scotus, Suarez, Fonseca, Comimbricenses, Toletus, Murcia, Mendoza, & alij eum ipso Philosophie Principe*; qui passim hoc vel assentientur, vel supponit. Nam *Continuum* dicit, *cuius partes copulantur communii termino*; & ea se tangere, quorum extrema sunt simul: atqui terminus communis, & extrema nec possunt esse nihil, nec aliquid diuisibile, quomodo enim nihil copulat entia realia? vel tactu reali (de quo utique sermo est apud Aristotelem) tangit? Quomodo diuisibile est terminus communis utriusque parti? vel simul esse potest cum altero &c?

III. Adde quod *Globus* perfectè rotundus tabulam perfectè planam, non nisi in puncto contingat; vel *Pyramis* perfectè acuminata non nisi in punctum designat: quod numeris suis absolutus *Cylindrus*, in plano iacens, non nisi lineam designet; vel *Cubi* duo perfectè quadrati ad Angulos non nisi secundum lineas iungantur; quod *Corpus* perfectè opacum non nisi secundam superficiem videatur; vel quorum *Extrema* lati sunt simul, non nisi secundum superficiem sint simul. Quæ omnia videntur ex ipsis huiusmodierum Definitionibus constare Sufficenter posse.

IV. Non est tamen pars ratio de Indivisiibilibus respectu partium, quas connectunt: Nam punctum, exempligratia, non tangit partem immediatè sequentem: Cum neque ipsum obtineat partes, neque parsequens habeat extremum, quod possit esse simul cum puncto Indivisiibili: nam è partibus illis proportionalibus, ut appellant, nulla est ita immediata puncto, ut non alia dari adhuc queat, quæ sit magis immediata: & quidem in Infinitum: quod ex sequentibus vberius intelliges: proindeque punctum non adharet toti alii parti sequenti, sed utroque versum dicitur partibus intime assistere. Et pars quidem diuisibilis immediatè potest uniri puncto, non tamen parti diuisibili; cum pars diuisibilis, immediatè uniri nequeat, nisi ei quod immediatè consequitur partem diuisibilem; quod est tamen Indivisiibile, non autem diuisibile; utpote cum hoc primam partem non habeat.

V. Cum autem Minima nostra inter veras Entitates numerentur

merentur; quæri potest, virum sint Res *absolutæ*, an vero tantum *modales*? Dicendum videtur, in *Entibus absolutis*, ut in *substantia*, *Quantitate*, *Qualitate* &c. Indivisibilia esse etiam *absoluta*; in *Entibus autem modalibus*, esse *modata*; ut in *Tempore*, ubi, motu &c. Quorum perfectionem non superant. Et *Indivisibile* quidem *Substantia* erit *adiquatum subiectum inhesionis Indivisibilis Quantitatibus*, sicut & *Indivisibile Quantitas*, *Indivisibilis in Quantitate*; quæ tamen non sine nouâ *unione* coniungantur. Vnde & *partes Divisibles* non *uniuntur per Indivisibilia* tanquam *rationem formalem unionis*; sed tanquam per *materialens quendam*, cum qua *vno formalis* identificari dicitur; quod etiam valet in *modalibus*: nam inter *partem Temporis* v. g. & *Instans*, tanquam inter duo extrema, intercedit aliqua *vno*; esto alterum non amplius existat; quod in *successu* non est absurdum. Alioquin autem modi non per aliam *unionem subiectis copulantur*, sed ipsi sufficiunt ad afficiendum suâ *ratione modificatum*.

V.I. *Minima* de quibus hîc agimus, ita sunt *Minima*, ut ipsa sola nullam possint magnitudinem componere: v. g. ex *solis punctis* nulla potest confari *Linea*; ex *solo Linea* nulla *superficies*; ex *solis superficiebus* nullum *Corpus*; ex *solis instantibus* nullum *Tempus* &c. Rationem vero attulit Aristoteles, in 6. Phys. tex. 2. plane idoneam. Velenim *Indivisibilia* in compositione magnitudinis secundum se tota coniungentur, vel non; si prius; tum omnia *Indivisibilia* etiam ingenti numero accumulata, non occupabunt maiorem locum, quam singula; cum scilicet se penetrant nec vias partes habeant, quæ ultra contractum extare possint; si posterius; tum obtinebunt partem & partem adeoque non erunt *Indivisibilia*, quod est contra suppositionem.

VII. Adiungi vero iñsuper possunt, quæ ex disciplinis Mathematicis rem confirmant. Sequeretur enim *Diametrum Quadrati* esse æqualem *Cofæ*; quod vel sensus abnuit; nam ductæ linea ex omnibus punctis unius lateris, in omnia puncta alterius, transibunt per totidem puncta ipsius *Diametri*; quomodo etiam totius Mundi *Diameter* non erit longior longitudine palmari; si ponatur *Diameter parallelogrammi* altera parte longioris; cuius latera breviora sint tantum palmaria. Sequeretur item *peripheriam Circuli majoris*, esse æqualem *peripheria Circuli minoris* concentrici;

A 3 quod.

quod vel remata indicant esse impossibile : nam linea ducta ad centrum ex singulis punctis peripherie majoris, transibunt per singula & totidem puncta Circuli minoris : quandoquidem si duas lineas ex maiori in aliquo punto minoris concurrerent, non facient deinde lineas rectas ; sed fractas, & in punto incidentes, aliquam angulum constituentes. &c.

VIII. Hinc colliges in linea aliqua, vel superficie, vel Tempore &c. Non tantum inesse puncta, vel linea, vel instantia &c. Sed præter omnia Indivisibilia, aliquid adhuc inadequatè diuerfuit ; sicut in Homine, Verbi causa, non tantum inest Anima, sed & aliud inadequatè ab Homine distinctum ; cum non possit esse Homo sine Anima. Cum verò globus perfectè sphæricus super plato mouetur, in Instanti quidem tanget tantum Indivisible, plati ; in qualibet autem parte temporis plus tanget, quam punctum ; per partes enim successivas sui mortis & diuisibiles, acquirit etiam præsentiam diuisibilem, per quam spatio diuisibili coquari potest : Et eadem est proportionaliter ratio de Cylindro, qui in instanti mortis lineam designat, in tempore autem plusquam lineam, adeoque superficiem.

X. Sed quid si non quidem finita minima, sed infinita tam magnitudinem aliquam conflare possint ? sic enim etiam partes proportionales non sunt finitæ, sed infinite ; neque necesse erit in linea v. causa, post utrum punctum aliud immediatum assignari posse ; sed mox infinita consequentur ; sicut & ferè de partibus diuisibilibus dicendum est. &c. Verùm hic iterum statim Minima sunt, nostra Minima, vt ne infinita quidem int aliquam mollem consurgere posse videantur. Eadem enim Aristotelis ratio sua adhuc firmitate militat : si enim Indivisibilia finita sibi coniuncta idem omnino spatium obtinent, nec se inuicem tangere queant ; quomodo hoc poterunt infinita? cum sint eiusdem rationes, nec infinitas aliquam impenetrabilitatem superaddat ?

X. Minimum quod pro communione in medio conflui statuitur, non est unicum & simplex : sed saltem duplex : nam Aristoteles in 5. Physic. tex. 28. sic habet. Si quidem continuum est, necesse est unius ; si vero tangit, nondum continuum est ; non enim necesse est unum esse ipsorum extrema, si simul sint ; sed si unum sunt ; necesse est similes esse. Quibus quidem verbis manifestè sentire

tire videtur, ducta huber extrema esse, sicut in contiguis; quomodo enim aliis ea, quae continua sunt, etiam se tangent, id est, extrema simul & in eodem spatio habebunt? interum tamen in hoc à contiguis distinguuntur continua; quod in illis extrema, veram aliquam rationem non habent: ut unus terminus compositus dici quendam, in continuis autem habent.

XI. Hinc autem colligi potest in discontinuatione v. g. linea destrui duntur ad rationem; & puncta seorsim deinde suas partes terminare. Id quod etiam vult Boëtius lib. 2. commentator rum in prædicamenta Aristotelis: sic enim ait. *Si quis enim dividat lineam, qua est longitudo sine latitudine, ducat in utramque divisione lineam facit, & utriusq; ex divisione linea singula in extremitatibus puncta redduntur: linea enim termini puncta sunt.* Quocirca cum illa linea divisa non esset, utraque puncta, que in virisq; linearum capituribus post divisionem apparent, simul linea fuisse intelliguntur, quae sunt in divisione separata. &c. Quod si punctum medium in linea pereat, vel linea etiam in superficie, & superficies in Corpori; exurgentibus interim alijs notis &c. quomodo non continuo Quantitas, & substrata Materia destruetur, & producetur? Quomodo non Christus sine repetita Consecratione sub notis Hostiæ fractæ extremitatibus erit? Sed dices: si ē Circuli peripheria 20, vel 30. lineæ ducantur, i.e. centris se decussantes, & continuari; erunt in eodem 40. vel 60. puncta: quod videtur absurdum. Respondetur minimè id absurdum esse; sicut nec est, totidem adesse puncta, quando lineæ sunt contigua. Et ita proportionaliter sentientium est etiam de lineis, quæ superficies in medio v. g. Cylindro connectantur.

XII. Si D & V's per suam potentiam auferat à linea pup, Etum terminans, tunc illa linea non erit quidem terminata per Indivisibile ablatum, sed per aliud nonum, quod ex materiâ emanat, si sit Indivisibile quantitatuum; à solo autem D & o creator, si sit Indivisibile Materiæ. Et sanè aliquid necessario substitu: i debere in continuo permanente complures opinantur; sicut & Quantitatem esse non posse sine Figurâ & Rem quamlibet, sine aliquo saltem Vbi &c. In Continuo autem successivo, cuius partes antequam Indivisibile terminans existat, iam defluxere, non viderut tam necessarius ille terminus; & forsitan etiam naturaliter dari queat, ultimo

timo ~~notio~~ esse simpliciter carent; *Exemplum* afferunt, si aqua ex alto decidens in aërem abeat: vt enim tunc aqua desistit extrinsecò, ita eiusdem morus terrainum intrinsecum non habet, sed extrinsecum, aliter dicitur ad taxat modis in forma aëria sequentis: Vnde & probabile argumentum sumuat, etiam Continuum aliquod permanens tantum negatiuè terminari posse, quia ultra scilicet non extenditur; licet interim termino quopiam positivo careat. Sed haec pauca de ~~Maximo~~, libata terè potius, quam explicata. Nunc ad *Maximum* accedamus.

CAPVT SECUNDVM

De

M A X I M O.

XIII.

Aximi appellationem tribuimus *Divisibili*: hoc enim tale est, vt in ratione divisibilitatis maius dari non possit: quid enim maius *Divisibili* in Infinitum, quale est nostrum *Maximum*? Sunt quæ *Divisi* possunt multoties, sed tandem exhaustiuntur; nostrum autem *Maximum* exhaustiri non potest. Numerum cape ex mēris unitatibus, quæ sunt ut sic indivisiibiles, conflatum; quantumvis is immānis videatur, pertransiri tamen aliquando poterit. Sic Mathematicorum Phoenix *Christophorus Clausius* in cap. i. *Sphœrz*, Ioannis à Sacro Bosco per nullas 51. præposita unitate, expressit numerum arenularum, quæ totum mundum usque ad concavum Firmamenti replere possent; & tamen arenulas singulas tam statuit minutas, ut 10000. efficerent duntaxat Sphœrulam grano papaveris æqualem; ipsam autem diametrum concavi Firmamenti tam voluit magnam, ut milliaria complectetur omnino 1000000000. Sed prolixior erit diuisio quæ in qualibet *ligni* v. g. *particula* institui potest; ita quidem ut tameris tot vicibus divisionem repeatas, quot unitates in se continet numerus ille planè prodigiosus, adhuc tamē *divisibile* semper aliquid superesse queat.

XIV. Hanc

XIV. Hanc autem Maximi diuisibilitatem aperte tradidit Aristoteles, cum lib. 1. de Cælo tex. 2. Continuum esse dixit, quod diuisibile est in semper diuisibilia. Et sequitur ex prioribus: si enim linea v. g. ex meris Indivisiibilibus non confatur; ergo ex diuisibilibus, ergo supersunt semper diuisibilia &c. Estque eadem proportionaliter ratio de Motu successivo, & Tempore: partes enim istorum copulantur Mutatis esso, & Instantibus: ita ut immediate post quodlibet Indivisiibile, non sequatur aliud Indivisiibile, sed pars diuisibilis minor ac minor in Infinitum, quarum ramae quelibet suo itidem Indivisiibili connectatur: unde & consequitur, quod in 6. Physic. tex. 2. ait Philosophus, nullum Indivisiibile sequi alterum deinceps; inter qualibet enim duo Indivisiabilia, quæ sint extra se, intercedit pars diuisibilis, quæ & ipsa suo est Indivisiibili instructa. Cum vero Continuum in semper diuisibilia diuidi queat, partes illæ, ex quibus componitur, erunt in ipso, actu realis existentia; quod non obscurè ipsem etiam Aristoteles indicat cum lib. 5. Metaph. tex. 18. Quantum esse ait diuisibile in ea que insunt.

X V. Mathematici sic ferè ostendere possunt & solent diuisibilitatem continuæ. Sint linea duæ rectæ parallela in Infinitum procurrentes, atque inter eas erigatur aliqua perpendicularis; dividatur deinde e capite superioris parallelæ recta quadam in Infinitum itidem abiens, quæ fecet perpendicularē in puncto, quolibet; & ea ipsa continuo mouetur super linéam parallelam inferiorem. Vel igitur semper aliquid in perpendiculari abscindendum restabit, tametsi mouetur super suam parallelam in Infinitum, vel aliquando nihil amplius restabit abscindendum: si prius, habetur invenimus si postea; ergo recta illa mota, attinget punctum in quo perpendicularis iungitur Parallelæ; ergo duæ rectæ habebunt idem communem segmentum quod semper non posse Proclus demonstravit, & Clavius lib. 1. Euclidis. Quæ sane probatio procedit non solum de lineis abstracte sumptis; verum etiam si per diuinam saltē potentiam, dentur lineæ separatae. Quoniamque, Quoties, Quatuor.

X VI. Atque hinc deducitur etiam, quod Paradoxo aliqui simile videatur: dari nimirum posse duas rectas, que semper magis ac magis fibi propinquifant, & nequaquam concurrent. Si enim recta quadrato immobile in Infinitum procurritur, sub hac

*filius seu centrum a figura et fixum; ad quod moueatur alia recta etiam Infinita, ita tamen ut ipsa in motu à centro nunquam deflectat, & punctum ipsius aliquod, uno v. g. palmo à capite seu puncto inchoante assumptum, semper in rectâ priori & immobili feratur; sic igitur è fluxu puncti illius inchoantis relinetur linea quædam, quæ magis semper ac magis accedit ad lineam immotam, & tamen nunquam cum illâ conueniat; si enim conueniet aliquando; has debunt duæ linea rectæ, videlicet *mobilis* & *immobilis*, *idem communis segmentum*, quod est impossibile.*

XVII. Tametsi verò Continuum in Infinitum est diuisibile, tamen non quolibet est diuisibile quolibet modo; quod ita demonstrant Mathematici de *Angulo Contingentia*. Is enim angulus non potest diuidi, per ullam rectam, potest tamen per infinitas circulares, quæ scilicet alias aliasque peripherias circumferorum maiorum & maiorum in Infinitum describant. Quare si linea aliqua recta, quæ cum tangentे angulum acutum conficiens eadit intra ipsum circulum, intelligatur moueri, circa punctum contactus, usquedum cum tangentē coincidat, ibit quidem per omnia spatio intermedia, quæ lineis rectis comprehendit queunt; sed nunquam tamen per spatium, quod sit æquale Angulo Contingentia, cum hic ex alterâ parte claudatur linea curvâ, cui recta secundum nullam partem diuisibilem coequari potest. Et est fane mirabile, spatium illud in angulo Contingentia esse diuisibile, & interiectamen non posse lineam aliquam rectam indiuisibilem; sed profecto Mathematici coniunct; & quemlibet angulum *Rectilineum maiorem* faciunt, quam sit quilibet etiam maximus angulus Contingentia, qui scilicet describitur per circulum minimum; unde in Rectilineo sunt innumere partes, inter quas semper ille interponi potest.

XVIII. Potro ut *Maximi nostri diuisio durare in perpetuum* queat, non sanè quolibet modo institui debet: si enim partes accipias æquales, facile rem etiam magnam exhausteris; puta linam mille cubitorum, mille itidem diuisionibus; si cubitum semper deceras. Quid autem de angulo Contingentia sit sentiendum, colliges ex modò dictis: in uno euim rectilineo describi possunt infiniti æquales Contingentia; cum ille diuisibilis sit in infinitum; & in quolibet etiam minimo contineri possit ex hisce maximus. Quodsi tamen partes illæ æquales sint inter se communicantes, tum

ne linea quidem duorum cubitorum absolvetur. Ponatur enim aliqua talis; & primus cubitus accipiatur conflatus e duabus medicatibus, quarum una sit posterior cubiti prioris, & altera prior posterioris, tum reliqui sequentes cubiti semper habeant aliquid de illa medietate prioris &c. Dabuntur hac sanè ratione cubiti communicantes infiniti; & quantum deest ex cubito priore, tantum addetur de cubito posteriore.

X I X. Ut igitur etiam in partes non communicantes perpetua sit diuisio, rectissimè instituetur secundùm partes *semper minores & minores*: ita videlicet, ut partes prioris diuisione subdiuidantur in alias minores; & haec rursus in minores, & sic deinceps: quædici solent *partes proportionalis*, id est, habentes inter se aliquam proportionalitatem: sicut enim partes primæ diuisionei se habent ad suum totum, ita etiam se habent partes posterioris diuisionei ad suum v.g. sicut priores sunt dimidiæ sui totius, ita & posteriores sunt dimidiæ sui.

X X. In eiusmodi diuisione æternus erit labor, nunquam omnino finiendus. Mille annorum milliones accumula; & particulas quotidie mille resectas; nondum tamen exhaustum erit nostrum *Maximum*; tam scilicet ianumerus diuisibilium Thesaurus latet; & postquam tam multa millia fuerint expedita, singula tamen tantundem adhuc operæ præbebunt; quam aliae deinde aliæ quæ nouæ in Infinitum consequentur; quæ res vel cogitationem fatiget; ita immoda est in quo quis etiam modico, puta in *acumine acis*, in *Clepsydra arenula*, in *atomo per ærem volante*.

X X I. Hinc facile deducitur posse *Lamellam quampiam 20. digitos longam*, & *unum latum*, à centro terra extendi vsque ad convexum firmamenti; quod tamen spatium in multos milliarum milliones porrigitur Astronomi. Nam si partes diuisas & ablatas addideris Lamellæ secundùm latitudinem; mox ad vigesimam diuisionem longitudinem quandam efficies æqualem priori; cum autem restent infinitæ diuisiones, & infinitæ proinde additiones; excrescit tandem longitudine, quæ nullis terè leucarum millionibus mensurari queat; adeoque ultra ipsos etiam mundi corporei terminos. Per similes etiam sectiones si annulus aliquis minutissimus (quales esse v.g. solent in catenulis auricis quibus nonnulli Artifices pulices illigant) perpetuò distribuatur, partesq; distribuite, seu annuli tenuiores resecti sibi iauicem inserantur, Catena fieri

quæ totum hoc Vnuersum circumcingat, nec vna duntaxat, sed innumeris omnino spiris inuoluat. Tam mirus videlicet Artifex esse Angelus poterit.

XXII. Si sit cylindrus palmari magnitudine, & ab imo qua si per cochleam moueri aliquid incipiatur, in linea spiratim ascendet; nunquam per æternitatem ad apicem, seu finem cylindri perueniens: quod tamen intelligendum est, si per lineam minorum semper & minorum partium illud iter instituatur, cum enim partes eiusmodi, sint infinitæ, etiam lineæ erunt; immo in vna vel Minima parte, tam erit perennis Labyrinthus, vt hoc sanè modo viaq[ue] exire nequaquam possit.

XXIII. Addamus & aliud, quod non minus mirabile videbi debet. Si quis tegulis operire vellet totum terrarum orbem, vel etiam Cœli supremi ambitum; quæ tandem illarum strues sufficeret? quot autem quam vastis fornacibus excoqui deberent &c? Certè ex traditâ doctrinâ de nostro Maximo vnicum papaueria granulam, abundè tegulas suppeditaret, pro terris Cœlisque omnibus contegendas; ponamus enim granulum illud fieri in primum per partium eminentium reselectionem quadratum; diuidat deinde D e s v el Angelus, eâ qua, supra diximus, ratione; dabuntur mox innumeræ quasi tegulae minimarum particularum quadratæ secundum longitudinem & latitudinem æqualium, quæ tandem ad latera, sibi inuicem coniunctæ, omnem Cœli superficiem cooperire possint, tametsi tam vastas sit & spatiose, ut multos miliones superficierum terrestrium per eam extendere liceat. Nam si ille celestis campus fæstigiatum in areas minutissimas distribuyatur, quarum singulæ non excedant magnitudinem vnius ex illis grani papauerini tegulis, nihilominus tamen numerus arearum crux adhuc finitus, & per ceras non adeò multis exhaustiri poterit, particulæ autem grani quadrati non poterunt.

XXIV. Quod si tamen omnes istæ quadratae particulae seu lamellæ, apponantur sibi inuicem, eo quo decisæ fuerint, & non ad latera &c. Non maiorem component molem, quæ ante fuerit habita. Immo si appositio talis de partibus refectionis secundum partes proportionales continetur, in ædumnum autem æqualis aliquæ nagnitude conflabitur; semper enim remanebunt adiungendæ particulae quæ non omnes diuisæ; atq[ue] ex ipsæ cum in proposito sunt Corpora quædam triam dimensionem habentia, proteruntur.

vndeque

vtique rem facere maiorem ; non enim tantum superficies coacer-
uantur, quæ penetratiæ cum prioribus esse queant. Res hæc de-
clarari possit exemplo Auri, è cuius exigua mole tanta ~~extensio~~, bra-
etolarum multitudo educitur, vt etiam pro contegendis immo-
ribus spatijs sufficiat. Sunt enim qui scribant, vñam Auri vnciam,
ita explicati posse, vt decem integræ terræ iugeia vestiantur, cum
tota tamen moles vix digitum æquet.

X X V . Ex his colligere est, cum detur adhuc trina dimensio' longitudo scilicet, & latitudo , & profunditas in corpusculo ali-
quo inæstimabilis alioqui paruitatis : cumque remanere adhuc possint & formæ substanciales, vt *lapidis*, *ligni*, &c. & accidenta-
les, vt *caloris*, *albedinis*, *frigoris* &c. Posse per diuinam potentiam *Homulum* aliquem effici, qui omnibus suis membris localiter ex-
tensis perfectissimè constet ; & tam exiguis tamen sit, vt granum
aliqd piperis, ipsi sit instar montis. Et sanè de facto existimat
aliqui foetum humanum in primis suis quas rudimentis, ita parti-
bus Organicis ritè propemodum conformarum esse, vt formicæ
magnitudinem non excedat. Dēbet igitur animal eiusmodi ratio-
nale, cui cubitus nō sit pro Cœli diametro ; poterit id habere ani-
mam suam intellectu præditam, quæ spatium quidem locale cer-
tum non requirit ; poterit habere caput, thoracem, pedes, brachia,
manus: omnia extra se localiter posita &c. & erit in singulis eiusce-
modi Organis longitudo aliqua, erit latitudo , erit & profunditas,
quæ in infinitum diminui possunt ; nec tamen Indivisibilia redi-
dentur.

X X V L Considera hic vel Oculum vñus eiusmodi miran-
di pigmai. Aderit tunica consolidativa, nec densitate sua, nec
colorie, nec figuræ destituta ; aderit & cornea, quæ humor aqueus consequetur, pertunicam vteam suo etiam minutissimo for-
ramine pertusam, illabens : aderit & humor cristallinus lenticu-
larem conuexitatem referens ; & vitreus hunc ipsum suo quasi
finu complectens ; quo Aranea deinde Retinaque circumtinger.
Nec enim formæ partiales tunicatum & humorum, nec substrata
materia , nec accidentia , nec figuræ &c. certam aliquam ma-
gnitudinem flagitant ; Et cum adhuc triplicem obtineant dimen-
sionem; modò maiorem, modò minorem, modò hanc, modò
illam longitudinem &c. habere poterunt; quibus & Materia pri-

ma, & forme substantiales, & densitas & raritas, & albedo & nigredo, & calor & frigus, & quæ similia sunt, sine defectu, siue imperfectione à potentissimo Deo iungentur.

XVII. Par autem est ratio quoad maiorem quoque & maiorem in infinitum partium omnium Organicarum extensionem: si de Diuinæ iterum potestatis amplitudine loquamur. Naturaliter enim quidē determinantur viuentia ad certos magnitudinis terminos; cum exigant instrumenta quædam, quæ alioqui commode ad operationes deseruire nos possent. Quidenim facerent digiti tam crassi ut montes? quomodo vigerent officia, quæ sibi innicen debent membra, ut spiritus à corde cerebroque per corpus fundantur, si tam longa quasi itinera essent conficienda? sicut de Tibiâ Og Regis Balan in fabulis suis habent Iudei, quam tantam fuisse nugantur, ut in eâ cœruis, inseguente venatore, per medium diem oberrat. Sed altissimæ tamen Dei potentiaz, cureiusmodi hominis magnitudo negetur, qui mundum etiam totum in infinitum amplificare adhuc posset? ipse porro de calore naturali proportionato, rebusque cœteris prospiceret. Certè tantæ gigantes reperti sunt, quanti vix fidem apud nos habent; Scriptit tamen ex America Caspar Ruiz, viam ibi esse Caluariam tam prodigiosâ capacitate, ut homo hispanus expeditè per eam, gladium rotare posset. Et quæ in eiusmodi aliquâ mole, aut parte ipsius, puta in barba flocco (qui facile ramos arborum adæquet) diuisibilium copia?

XVIII. Sunt hæc & similia in Maximo nostro mirabilia, quæ tum phantasiam, tum intellectum plusquam audacem propemodum, requirere videntur. Sed elucet reuera sapientissima magnitudo & potentissima quædam in rebus alioquin etiam neglegitis facultas, quæ tanta merito apud omnes haberi debet, ut plus efficere possit & soleat, quam cœci mortales coecâ mente complecti. Certè plurima sunt in rerum naturâ, quæ esse nemo nisi demens negauerit, & tamen quis horum omnium rationes explicet? sunt in Cœlo siderum inextricabiles cursus in aëre pendentes sublimè nubes, versicolores irides, ventorum robora, fulminantes, & in terris nostris quot Animalium Plantarumque prodigia? nos ipsi quotidie Nutrimur, Crescimus, Videmus, Audimus.

dimus. Intelligimus &c. Cum autem hac ipsa declaranda sunt; dici quidem aliquid potest, sed nunquam satis, nunquam planè. Tam arcana sunt pleraque, tam recondita; & rectissime profecto Sapiens Ecclesiastes lo.

*Cunctares difficiles, non potest
eas Homo explicare
sermone.*

Ad gloriam maiorem

I E S V , M A R I Æ,
I O S E P H.



AD PERERV DITVM D. DE-
FENDENTEM VITVM
MAIRHOFER.

*Ardua Magnarum rerum fastigia caprat
Glòria, nec paruo homine clara venit.
At tu materiem laudis per Magna secutus,
Sudare in Minima, non leue ducis opus.
Sic habet: è Grandi Maior Sapientia surgit,
Sed prestans etiam est, in Minimo sapere.*

Bartholomæus à VVelsperg,
in Zelburg & Neuraishn.
Eloquentiaz studiosus.

A D E V N D E M.

*Quid tutam modò prouocas Arenam,
Et doctam Minimoq; Maximoq;
Athletes nonus implicas palastram?
An non crebrior impediuit hostis?
An non terruit altior triumphus?
Non sunt pectora subtrahenda pugna,
Quando per Minimutus, Maximumq;
Intenta superare scit palasse.
At curis melioribus cauere.
Si pugnes Minimoq; Maximoq;:
Nam pars extima si nota nauo est,
Tunc plus est Medium tenere palmam.*

Ioannes Georgius
Bayr à Caldiff Poëticaz
studiosus.